

† Ego Simon de odino testor.

† Signum Crucis proprie manus dompni Angeli de Imbidia testis scribere nescientis predictis interfuit.

Notitia testium:

Dompnus nicolaus, dompnus Angelus de Imbidia et Symon de odino.

N 82.

A. D. 1321

(18 giugno; Indiz. IV)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio quasi quadrato cm: 0,26. In doppio originale.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Dompnus Angelus de Imbidia, Canonicus</i> della Maggior Chiesa di Barletta, dona, <i>pro anima</i> , alla medesima Chiesa una sua casa <i>orreata cum tabulato</i> , messa in <i>pictagio Marcicani</i> , riservando l'usufrutto per sè e per <i>Radula sclava</i> sua familiare.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno (*in maiuscola*) ab Incarnatione domini nostri Iehsu Christi Millesimo Trecentesimo vicesimo primo. Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno Tercio decimo, Mense Iunii Octavo decimo die eiusdem Quarte Indictionis apud Barolum. Ego dompnus Angelus de Imbidia Canonicus Maioris Ecclesie Baroli, Coram Iohanne de Cantore Regali Baroli Iudice, Magistro Spina puplico eiusdem terre Notario et testibus subscriptis liciteratis *etc.* consensi tamquam in meos cum scirent ipsos ex certa mea scientia meos Iudicem et notarium non esse nec me fore Iudicem ipsorum voluntarie cum tota debita et iuris observantia Tibi abbati Bartholomeo de Luca casserio Canonico eiusdem Maioris Ecclesie Baroli procuratori seu vicario ut constitit venerabilis viri domini francisci de Marra de Barolo Archipresbiteri dicte Maioris Ecclesie presenti et recipienti nomine *etc.* donavi et per fustem tradidi et assignavi titulo donationis irrevocabilis inter vivos pro remedio anime mee et parentum meorum. Unam Domum Meam orreatam cum tabulato sistentem in dicta Civitate baroli in pictagio Marcicani a medio castro iuxta domum Gilie franci de notario Guillelmo dicte de vaccarella a medio transende iuxta domum dicte Ecclesie et a duabus partibus iuxta vias. Reservato mihi et Radule sclave familiari mee usufructu dicte domus donec vixerimus. Nobis autem decedentibus usufructus consolidetur proprietati. dicte domus, pacto quod clerici dicte Ecclesie presentes et futuri teneantur et debeant facere anno quolibet in perpetuum ad expensas ipsius Ecclesie anniversarium pro anima dictorum dompni Angeli et dicte Radule familiaris mee die videlicet mortis ipsorum et ipsorum alterius. et quod debeant predicti clerici sepelire prefatam Radulam intus in Ecclesia predicta. Ex qua mea donacione peto a clericis ipsis missas et oraciones pro anima mea et dicte Radule ad dominum Iehsum christum. Quatinus a presenti dicta Ecclesia dictam domum habeat possideat *etc.* Guadium quoque tibi item recipienti nomine quo supra voluntarie dedi *etc.* obligavi omnia singula bona mea *etc.*